



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De eadem re. xlii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

## De eadem re. Cap. XXXIX.

Si autem necdum eas quas rapuerant cum voluntate parentum sub præfato desponsionis, vel dotalicii nomine in coniugium sumptas habent, quando in omnium aures hæc fuerit constitutio promulgata, ab earum coniunctione separentur, & publicæ pœnitentiæ subigantur. Raptæ autem parentibus legaliter restituantur. Post actam verò publicam pœnitentiam, si ætas & incontinecia exegerit, legitimo & ex utrisq; partibus placito coniugio societur. Nam in his non regulam constituimus, sed vt verbis Magni Leonis vtamus, quid sit tolerabilius æstimamus. Quòd si vnus ex coniugatis obierit, is qui publicam pœnitentiam egerit, & superstes extiterit, iterare coniugium non præsumat, nisi fortè episcopus præuiderit aliquam concedere indulgentiam, vt grauiorem possit amouere offensam.

Ex cõcil.  
Meldesi,  
cap. 65.

## De his qui in matrimonio iuncti sunt, &amp; concumbere non possunt. Cap. XL.

Quod autem interrogasti de his qui matrimonio iuncti sunt, & nubere non possunt, si ille aliam, vel illa alium ducere possit, quibus scriptum est: Vir & mulier si se coniunxerint, & postea dixerit mulier de viro, quòd nõ possit coire cum eo, si potest probare per iustum iudicium quòd verum sit, accipiat alium: si autem ille aliam acceperit, separentur.

Ex epist.  
Greg. ad  
Ioannem  
Rauennatem  
episcopum.

## De eadem re. Cap. XLI.

Si qua mulier se proclamauerit, quòd vir suus nunquam cum ea coisset, exeant inde ad crucem: & si verum fuerit, separentur, & illa faciat quòd vult.

Ex cõcil.  
apud ver  
meriã tẽ  
poribus  
Pipini re  
gis, c. 17.

## De eadem re. Cap. XLII.

Si quis accepit vxorem, & habuit ipsam aliquo tempore, & ipsa femina dicit, quòd non coisset cū ea, & ille vir dicit, quòd sic fecit, in veritate viri consistat: quia vir caput est mulieris.

Ex cõcil.  
apud Cõ  
pendium,  
cap. 20.

## De eadem re. Cap. XLIII.

Si frater si duxerit vxorem concubere cum ea non valens, & frater eius clanculo eam vitiauerit, & grauidam

Ex cõcil.  
Triburi,  
cap. 3.